

## XXVI P R A E F A T I O.

---

posse falso sibi persuadent, atque in per-  
censendis mediis, ex Theologia dogma-  
tica transcribendis, omnem consumunt  
operam. Eo insigniores vel ob id p rae-  
bebit usus futuris ecclesiae doctoribus  
hocce Theologiae moralis systema, ut eo  
magis idonei euadant ad debitum in san-  
ctitatis christianaे studiō ardorem in au-  
ditoribus excitandum; qua quidem dex-  
teritate destitutos dolemus haud paucos  
oratores, qui e sacro suggestu, ad docto-  
rum, quos olim habuere, exemplar, de  
virtute multa omnino verba abstrakte fa-  
tis facere sciunt, sed virtutis inflammare  
studio auditorum animos, non sine insi-  
gni virtutis ipsius damno, turpiter igno-  
rant. Tandem

5) Signa virtutum christianarum sedulo  
inuestigauit, et cuilibet fere officio adie-  
cit; quibus certe cognitis, tum sui ipsius  
explorationem quilibet instituere, tum  
allo-